



Taubmann. *approximate*

apparetur, semel et probari potest 448. 13  
quod si vel placuit amplius diffidere non debet, reg. num. 4.

La. 9.  
Mo. 6. 10

52  
1431

ANNUENTE  
SUMMO LEGUMLATORE  
*MAGNIFICO AMPLISSIMO QVE*  
*JCTORUM ORDINE CONSENTIENTE*  
**DECADEM QUÆSTIONUM,**  
**In Jure Civili, Canonico, Feuda-**  
**li & Saxonico maximè controversarum**

**PRÆSIDE**  
*Nobili, Amplissimo atq; Consultissimo*  
**VIR O**  
**HENRICO COSELIO,**  
J.U.D. & P.P. Curiæ Electoralis, Scabinatus

nec non Facultatis Juridicæ

Assessore,

Præceptore juxta & Hospite ætatem  
colendo,  
*defendere conabitur*

**HENRICUS FRIDERICUS MESSCH /**  
Nob. Misn. A. & R.  
In Auditorio JCtorum  
*d. Aprilis anno 1651.*  
horis antemeridianis

---

WITTEBERGÆ

Excudebat Johannes Röhnerus, Acad. Typogr.

697

XVII



I. N. D. N. J. C.

Quæstio I.

An Imperator non solum  
de bonis patrimonialibus ac  
propriis; sed & pro amplifi-  
candâ imperii Majestate, de  
bonis Imperii, accedente sta-  
tuum consensu feuda conce-  
dere posse?

Si cuivis etiam in nullâ dignitate constituto, modò libe-  
ram rerum suarum administrationem habeat feuda quibus-  
cunq; pactis atq; conditionibus constituere, concessum est,  
e. i. in princ. & ibi Bald. & Alvar. per quos sicut invest. Curt. in tr.  
feud. 2 part. princ. n. 12. multò magis Imperatori, qui omnis di-  
gnitatis atq; nobilitatis fons reputatur, Alvar. ad t. i. in princ. n.  
4. quis dicat dux, Maribio &c. Hieron. Schurff. conf. 5. n. 6. l. 2. arg.  
l. queris 3. ff. de natal. rest. bona sua patrimonialia ac propria in  
feudum concedere licitum erit arg. l. Barbarius 3. ff. de offic. pret.  
Hottom. illust. quest. 1. Borch. de feud. c. 5. n. 22. cum seqq. Schrad. tr.  
feud. part. 4. c. 1. n. 4. Sed major se offert controversia, de bonis  
Imperii, an nimirum in feuda conferri ab Imperatore pos-  
sint. quod asserimus, cum Propos. in prelud. num. 23. & 24.  
Matt. Steph. in traß. de jurisditt. l. 2. p. 1. c. 1. membr. 1. n. 81. Schrad. part.

4 c. i. n. 7. tr. feud. Vultej. de feud. l. i. c. 5. n. 15. Magnif. Oppel. Synop. feud.  
 c. 5. ita tamen, ut illa infedatio non vergat in gravem Imperii  
 læsionem, argum. c. intellecto ubi Bald. & Abb. de jurejur. Zaf. p. 5.  
 n. 15. Schrad. d. s. i. n. 22. & seqq. Dd. in c. grandi de suppl. pralat. neglig.  
 & Imperio reserveretur jus superioritatis. Laudens. & Affili. in c.  
 i. quæ sint regal. & ita non solum necessitate urgente; sed &c.  
 pro Imperii Majestate amplianda feuda conferre poterit.  
 Quod non tantum locum habet in iis Imperii bonis, quæ sunt  
 solita in feudum concedi; sed etiam, quæ ante nunquam in  
 feudum concessa fuerunt, quæ propriæ demanialia dicuntur,  
 nam & de his Imperatorem alium investire posse, trad. And. de  
 Isér. d. c. i. in pr. n. 10. imò regalia reservata principi in signum  
 supremæ potestatis titulo feudi alii concedere affer. Zaf. in tr.  
 feud. part. 5. n. 12. Schrad. part. 4. c. i. n. 8. 9. Exinde Vasallus Domino.  
 Feudi obligatur ad fidelitatem & ad præstanta servitia, qui  
 pro ipso, offerente occasione militat aliaq; servitia præstare,  
 ad quæ alias nunquam obstrictus fuisset. Ita etiam Imperii  
 conditio & Majest. redditus melior, tum iis ampliatur & au-  
 getur personis, quæ ope & consilio multum præstare possunt,  
 attestante ipso Imperatore Friderico iit. 55. F. 2. Magnif. Oppel. c. 5.  
 n. 8 in Syn. Feud. Hæc tamen omnia consensu statuum utiantur,  
 hodie necesse est. Olim quidem Imperatoris erat, majores  
 dignitates feudaq; regalia absq; consensu statuum conferre  
 in pr. c. i. ibi si inter Capitanos controversia sit cum rege finiatur  
 2. F. 34. & c. un. p. 1. F. 18. ibi si contentio &c. Verum post Auream  
 Bullam, capitulationibus posteriorum Imperatorum aliud  
 cautum legitur, ne sine Electorum consensu scilicet hoc fiat;  
 id quod formula privationis Wenceslai Imp. ostendit. cum  
 enim Electores Imperioriæ dignitate eum privarent, formu-  
 lae inseruerunt, Als ver den Herrn zu Meyland zum Fürsten und  
 Paphen zum Graffen gemacht auf des Reichs Siadt Schloß und  
 Güter &c. deinde capitulatio inter Carolum V. & Imperii Princi-  
 pes inita testatur, nec non Capit. Ferdinandi II. §. 28. & Ferdin.  
 III. §. 32. Et ita novissimæ leges Imperii in omnibus hisce quæ  
 Imperii imperialisq; digitatatis conservationem concernunt  
 expressum imperii ordinum consensum requirunt, Imperato-  
 rumq;

Ob:

sumq; potestates quotidie magis magisq; per capitulationem restringuntur. Hinc usitatisimma formula: Haben wir uns mit den Ständen/ und sie sich hinwiederumb mit uns verglichen/ ut in Rec. Imp. de anno 1500, 1512, 1521. & seqq. quod in capitulatione sua etiam promisit Rudolphus II. Wir wollen und sollen zu wichtigen Sachen/ so das Reich betreffen/ bald anfangs der Churfürsten Raths und bedencken uns gebrauchen. vid Dn. Carpz. ad L. Reg. in fin. ibi: Sequuntur Capitulationes Imperiorie. Idq; nulla alia de causa introductum quam ut imperii vires non penitus omnes exhauiantur ut videre est ex Rec. Imp. de anno 1512. Das wir als Römischer Kaiser bey den Reich/ und das Reich bey uns für unser und der Stände Nachkommen bleiben und behalten werden mögen. Non mover quod quilibet Dux, Marchio, Comes de suo. Ducatu, Marchionatu & Comitatu feudum constitutuere possit l.f.i. E. multo magis Imperator qui mundi Dominus est. l.9. ad L. Rhod. de jaſtu: cum nullus co major aut nobilior l.12. C. de LL. & Conſt. Prince respondemus enim, maximam hodie subesse rationis diversitatem, quamvis enim negari nequeat de Lege Feudali hæc ita se habere & olim quoq; per ea, quæ diximus, non minus in Imperatoribus ac cæteris Ducibus atq; imperiis statibus obtinuisse; attamen cum Imperii vis ac potentia subinde magis magisq; labefactari ac immuni capiſſer, status Imperii necessitate exigente hoc jus hancq; potestatem Imperiori ante liberam per capitulationes coarctarunt, quod etiam d. Rec. Imp de anno 1512. verba innuunt, das Wir als Römischer Kaiser &c. vid. Prukmann de Regalib. membr. 2.c. q. 5. soluta potestas; Ludolphi. Schrader. de Fend. p. 4. c. 1. num. 2. & seqq. Schneidavv. c. 3. num. 51. & seqq. junct. p. 1. num 32. Wesenbet. c. 4. num. 2. Vult. 1. F. 5. num. 15. Rittersh. part. feudal. lib. i. c. 5. 9. 15. Dn. Carpz. ad L. Reg. cap. 7. ſect. 3.

29

A. 3

Quæ-

## Quæstio II.

# An feudo filiofamilias da- to ususfructus Patri acquira- tur.

Cum servis feuda dari possint *Schultz in Synopsi. J.F. c. 5. n. 8. Hart. Pisi. O. 1. de f. eadem filiis fam. recte conferri vix dubitare quis poterit...* Hi enim non tantum juris Civilis capaces & res proprias habere ac possidere dicuntur, sed & servititia militaria præstare queunt, *Borib. c. 5 num. 46. 47. tr. feud. Vuls. c. 4. l. 1. n. 8. Rittersh. in part. feud. l. 1. c. 6. 9. 7. Magnif. Oppel tr. feud. c. 5. n. 19.* sed feudo ab alio filiofam. concessio an ususfructus patri acquiratur an filio dubio non carer? Cum in decidendis controversiis feudalibus ante omnia pacta & tenor investituræ inspiciendus, stricteq; observandus sit *tit. 8. F. 2. l. 7. 2. de contrab. empt. l. 5. 2. de V. O.* tenor autem investituræ in specie in filium, nullâ patris contemplatione factâ directus reperiatur, opinionem filiofam. magis favorabilem, veriorem, existimamus. Investituræ enim tenor talis claris expositus verbis et si juri communii contrariari videatur, observandus tamen est *tit. 2. 5. fin. Et tit. 18. Et tit. 48. F. 2.* Præsertim, cum investitura etiam natura hæc sit, ut feudo jure constituto, ejus usumfructum immediatè ad accipientem & investitum transferat *23 F. 2.* Feuda namq; non censentur allodialium bonorum jure; sed ut jus, ita etiam naturam ab illis habent etiam quoad parentes peculiarem atq; diversam, id quod expressè jure feudali definitum est *t. 50. F. 2.* parentes nimirum sive ascendentis in feudis non succedunt, quod tamen sit in allodialibus, item, quemadmodum descendantibus deficientibus, pater à Feudi successione, ita etiam & quidem consequenter ab ejus ususfructu, jure feudali si non expressè, saltem tacite, exclusus esse censemur. Præterea, feuda censentur jure peculiæ Castrensis vel quasi Castrensis. arg. l. i. C. de pec. Cast. quia plerumq; ob milita-

ria

ria servitia dantur; cuiusmodi peculum pleno jure ad filiumfamilias, utpote in quo pro patrefamilias habetur spe-  
 ciat atq; pertinet l. cum oportet b. C. de bon. quæ liber. & per vulga-  
 r. sed utriusq; peculiū usumfructum pater habere non po-  
 test dicit. l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. Quibus accedit, quod  
 in effectu filiusfamilias nihil haberet; proprietas enim apud  
 concedentem maneret & usumfructum pater acciperet, quod  
 esset exprestè contra Feudis. commun. nec non feudi descri-  
 ptionem ab Oberto positam, in qua disertè dicitur: feudum ita  
 alicui dari, ut proprietas quidem penes dantem remaneat, ususfra-  
 ctus verò illius ad accipientem transeat. 2. F. 23. in fin. Deinde,  
 quando in præsenti casu inter Seniorem & Beneficiatum con-  
 ventum est, ut ususfructus non ad Patrem sed ad investitum  
 transcat d. l. 2. F. 23. esset sanè contra ipsam Juris Naturalis  
 æquitatem, si Pater feudi commoda perciperet, filius vero e-  
 jus incommoda nempe servitia sustinere cogeretur, quod ta-  
 men iura nostra vix admittunt arg. lio. de Rel. Adde quod feu-  
 dum plerumq; ob servitia concedatur, in quibus præstandis  
 industria personæ electa esse censetur, adeo ut Dominus non  
 alium quam quem vult, cogatur habere vasallum. 2. F. 12. &  
 2. F. 23. iura quoque communia disertè volunt ut illorum bo-  
 norum ususfructus, quæ extrinsecus filiofamilias obveniunt  
 non ad patrem, sed ad filium eo casu pertineat, quando hæc  
 conditio adj. sita est, ne ad patrem ususfructus pertineret.  
 Nov. 117. c. 1. ibi: ut pater aut qui omnino eos habet in potestate, in  
 his rebus neg. usumfructum, neg. quodlibet penitus habeant par-  
 cipium. At nostro casu Domini hæc est voluntas ut usus-  
 fructus feudi non patris sit; sed filii d.c. 1. 2. F. 23. Rolandi à Val-  
 le conf. 71. n. 65. 66. vol. 2. ubi subjicit ab ea sententia in consulando &  
 judicando non esse recedendum. Wels. de Feud. c. 5. n. 4. ubi hanc ve-  
 riorem dicit, utq; ita recte sentire Zasum de Feud. p. 5. Borch. tr. feud.  
 c. 5. n. 48. Vulg. 1. c. 4. n. 8. eleganter Arum. dis. feud. 3. t. 31. Obrecht.  
 dis. feud. 4. t. 3. 100. Schrad. part. 7. c. 6. n. 6. Fath. 7. contr. 77. & Dd.  
 communiter. Non obstat quod de hæc quæstione nihil repe-  
 riatur jure feudali manifestè dispositum, ut ita ad juris com-  
 munis dispositionem recurriere necesse sit. c. de feud. cognit.  
 2 F.

Opp.

1439

2. F. i. quia dict. i. verba non ita accipienda sunt, quasi protinus ad jus Civile decurrentum sit, si in jure feudali quæstio incidens, non reperiatur expresse verbis decisa; sufficit enim si per bonam consequentiam ex verbis deduci possit; sed tum demum verba dict. cap. locum sibi vendicant, quando decisio neq; verbis est expressa, neq; bona ratione al. quæ aut argumentatione inde deduci potest. Neq; etiam nos movent textus Juris Civilis l. fin. C. de usfr. l. f. C. de impub. &c. al. subf. l. cum oportet C. de bonis quæ lib. l. per quas person. rob. acquir. cum non absolutè; sed cum hac limitatione à Dd. exaudiantur, quando scilicet res tales sunt, quarum natura admittit, ut patri aliquid acquiratur, vel si concedentis voluntas non refragetur. arg. Avib. excipimus C. de bon. qua lib. id quod fit in hoc nostro casu arg. t. 23. F. 2. Schrad. part. 7. c. 6. n. 6. Wesenbec. de feud. c. 5. num. 4. Borch. c. 5. n. 48. Magnif. Oppel tr. feud. c. 5. n. 18.

### Quæstio III.

## Feudo generi concessō, num descendantibus ex filia concessum intelligatur?

Vocabulum generis tum ad lineam paternam tum ad maternam applicari posse constat ex l. neq; Dorobeam C. de decur. c. venerabilis X. deprehend. Ad quam verò præcisè pertineat semper subjecta materia attendenda est. Cum autem foemina regulariter à successione feudi arceantur ex c. 1. §. & quia videmus & ibi Dd. de his qui feud. dare poss. c. 1. §. filia vero de success. feud. c. 1. quemadmodum feud. ad fil. pertinet. c. 1. an mutus vel alias imperfect. c. de natura success. feud. c. 1. §. similiter de Capitan. qui cur vend. c. 1. in fin. de feud. March. Forb. 4. de success. 23. n. 48. Dec. Conf. 390. num. 1. Roland à Valle conf. 28. n. 28. & contra naturam feudi esse dicitur ut foemina succedant, c. 1. §. fin. quid sit invest. Sos. lun. conf.

1439.

conf.65.n.2. & conf.77.n.4.l.1. Curt.in tribit.feud.i.part.3.part.princ.  
n.1.Schmid.tr.feud.part.7.c.4.Sonsbeccius part.9.n.121. E contra-  
rio masculi ad successionem feudi admittantur. Dec.conf.117.  
n.26.vol.3. & FF. Comm. quia non tantum regulam pro se ha-  
bent, sed etiam quoad exclusionem foeminarum intentionem  
fundatam. Dec.conf.298.n.4. in fin. & conf.17.n.5. & conf.139.n.2.  
Dicendum omnino est, vocabulum hoc (genus) in materia  
feudali restringi debere ad lineam paternam tantum add. Bar-  
tol.in l.quoties. C.de privileg.schol. Quantum igitur ad proposi-  
ram quæstionem attinet, negativa nobis arridet Sententia.  
Descendentes enim ex foemina, et si masculi fuerint, ad feu-  
di successionem regulariter admittendos non esse, testis est  
Feudista in 2.F.ii.c.1.de success.fratrum & gradis succed.in feudo,  
cujus verba hæc sunt: Proles foemini sexus, vel ex feminino  
sexu descendens, ad hujusmodi successionem aspirare non potest: cui  
suffragatur c.1. §. horum autem notandum, de his qui feud.dar. poff.t. E.  
I. ibi: Hoc autem notandum est, quod licet filie, ut masculi, patribus  
succedant: legibus tamen a successione feudi removentur: scilicet &  
earum filii, nisi specialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat. Ra-  
tiones hujus dispositionis à Feudistis allegantur varia, qua-  
rum prima hæc est, quod filius eo ipso quo vult succedere,  
surrogatur in locum matris: Surrogatum autem sapientia natu-  
ram eius, in cuius locum surrogatum est: per ea, quæ tradunt  
Dd.in l.eum qui §. qui injuriarum ff. si quis cautianibus & in §. fue-  
rat: Inst.de act. quo, argumenti genere ad demonstrandum,  
quod matre exclusa à successione feudi, exclusi etiam sicut ejus  
filii masculi, usi sunt. Ifern.Alvar. & Prapos.in c.1.de succ.frat.  
II. Quod successiones non sicut per saltum, sed ordinatim  
& successivè per l.i. § prius ff. de success. editio.l. Octav.ff. unde co-  
gnat. & § placebat Inst.de legit. agnat success. quo circa necesse est,  
ut gradus præcedens sit successibilis, alioqui sublatâ mediâ  
persona non potest sequens admitti, arg. l. bared.in princ. §. i. ff.  
de pennis l.meminimus C. de legit.her. & l.Divo Marco C. de qu. quo  
argumento usus est Bald.in auth. sequas ruinas in fin. C. de S.S. Eccl.  
& in c.1.de succ.frat. & in l.quoties n.2.C.de suis & legit. III. Destru.  
eo antecedente destruitur etiam consequens per l.i. §. hujus ff.

*ut offic. ejus, cui mandat, est jurisdict. IV. Notabilis quoq; etiam si  
vulgaris illa sententia huc non mediocriter conferit, quod si  
hius non debeat melioris sit conditionis esse ipsa matre, ideoque  
successor non melioris sit conditionis quam antecessor, impe-  
dimentum enim quod obstat antecessori, successori etiam  
ut obstat, necessum est. I. quod p̄pis 143. ff. de reg. jur. & I. si vivam a-  
tre s. nam lucet. C. de bon. matern. & vulgata est regula, quod ne-  
mo plus juris in alium transferre posse, quam ipse habet.*

*I. nemo ff. de reg. jur. V. Desumi potest argumentum a fideicom-  
missis ad feuda, quod in jure nostro passim receptum est, ut  
scribit Menoch. cons. 89. n. 65. I. ubi multos ibi commemoratos hoc  
affirmase dicit: Atqui in successione fideicommissi, si mater  
excluditur, exclusus quoq; censetur ipsius filius, qui ex matris  
persona vult succedere vid. Job. Andr. Hostiens. in addit. ad Specul.  
de testam. in fin. Alex. cons. 56 n. 4. vol. 5. Corn. cons. 124. n. 14. vol. 2.  
Soc. senior. cons. 251 n. 9. & conf. 94. n. 5. vol. 4. Dec. cons. 199. in fin. Me-  
noch. cons. 400 n. 36. & alii quam plurimi. Posset hic objici: quod*

*Op̄. communibus regulis juris contrarietur, quo non minus suc-  
cedat foemina, quam masculus per texti I. maximum vitium C. de  
lib. prater Wefenb. c. 6. n. 22. verum sufficit hanc decisionem non  
contrariari; sed consonam esse naturae Feudi & regulis juris*

*feudalis secundum Mozz. de acciden. feud. n. 6. & de natur. feud. n.  
97. eaq; originali, ut respondit Menoch. cons. 148. n. 2. vol. 2. & genera-  
b. Decian. cons. 24. n. 1. vol. v. 1. regulariter verum. Mozz. de substant.  
n. 79. & de his qui feud. dare possunt n. 34. Schmid. de feud. part. 7. c. 4.  
num. I. Menoch. cons. 722. num. 66. vol. 8. & vol. 1. cons. 1. num. 453.  
Decian. cons. 24. num. 74. vers. 8. Schneidvv. part. 6. de succ. feud. ab  
intest. num. 5. Quibus regulis inhæremus donec foemina aut  
masculus a foemina descendens exceptionem ostendat per ea,  
qua respondit Menoch. cons. 391. num. 1. vol. 4. Decian. cons. 58.  
num. 2. vol. 2. ubi plures allegantur.*

## Quæstio

## Quæstio IV.

Si duo, de uno eodemq;  
feudo unus abusivè alter rea-  
liter, investiantur., uter ho-  
rum præferendus?

Ante omnia investitura vocabulum quid apportet, excu-  
tiendum est. Dicta autem est investitura ab investiendo, eō,  
quod Vasallus per eam, possessione tanquam vesti induatur,  
quatenus potissimum *inc. un. 2. F. 2. accipitur.* Aliás unius  
ejusdemq; significationis non est vid. *Schultz. in Synop. J. Feud.*  
*c. 9. n. 3. & 4. Vult. c. 7. n. 5.* Describitur quoque à nonnullis tradi-  
tio & cesso solennis, per quam dominium feudi utile vasallo  
acquiritur. *Vult. d. c. 7. n. 7. post Cujac. t. 1. F. 1.* Est autem signum  
necessarium feudi *Rol. à Vall. cons. 50. num. 9. in 3. vol. 1. & cons. 1. n. 9.*  
*& consil. 90. n. 24. in vol. 4. & sine hac feendum nullo modo ac-*  
*quiri potest c. unic. in pr. quibus modis feud. constitui potest. Rol. à*  
*Vall. cons. n. 49 v. 4.* Est autem duplex, altera propria, altera  
abusiva c. unic. in pr. quid sit invest. *Rol. à Vall. cons. 50. num. 52. v. 3. &*  
*consil. n. 50. v. 4.* Propria est, ut Obertus de Orto definit, nihil  
aliud, quam possessio, hoc est: quando realiter in feudi pos-  
sessionem vasallus inducitur. *Vultej. c. 7. num. 5. Mynsing obs. 61.*  
*cent. 4.* Abusiva investitura est, quæ & verbalis dicitur, per  
quam sit quædam imaginaria futurae possessionis repræsen-  
tatio, veluti si hastam aut annulum, aut aliud corporeum quid-  
libet Dominus alicui porrigit, feudi se investitaram facere  
dicens: *ut c. unic. quid sit invest.* Quibus breviter præmissis re-  
spondonem ad quæstionem præpositam accommodamus &  
concludimus pro eo, qui possessio tradita est. In duobus enim  
causam ab eodem domino habentibus, melior est conditio  
eius, qui per traditionem recipit l. *quoties 15. C. de rei vind. l. si ea*

*Anno 1612 Episcopie  
ex*

*Abusiva definitio*

1442

res 31. §. fin ff. de act. empt. textus express. in l. si debitor i.e. ff. de pignor.  
ubi posidentis melior conditio dicitur gl. in c. un. §. si facta, si de feud.  
d. funct. &c. 2. quoniam dominium regulariter in alium ne-  
quit transferri quam per traditionem l. traditionibus C. de past.  
l. nunquam D. de acquir. rerum domin. S. per traditionem I. ssi. & R.  
D. Igitur qui rem aliquam vendit, priusquam illam tradit.,  
nullum jus dominii transferr. l. pem. C. de rei vind. l. alienatum  
d. V.S. Sed nihilominus Dominus rei manet., & tantum a-  
ctione personali ad rei traditionem conveniri potest l. fin. §.  
Lucius ff. de donat. d. qui tibi C. de hered. vel actio: unde sit, ut, si inte-  
rim alteri rem tradiderit, atque hoc ipso dominium in eum  
transtulerit, hic, quoad ipsam dominii acquisitionem & re-  
tentionem potior merito habeatur, licet in contrahendo pos-  
terior fuerit. l. sive autem §. si duobus ff. de public. in rem act. l. si  
cares § fin. de act. empt. Hac autem ratio non minus etiam in  
proposito casu locum habet.. Nam sicut ex venditionis  
contractu, ita etiam ex investitura sine traditione aliquod jus  
reale non acquiritur in feudo, uenit in c. i. qui sit invest. Baldin. l.  
si poss. C. ut in poss. legat. & in c. i. §. fin. de nova form. siedet. Par-  
igitur est, ut ad instar venditionis, si qui traditione jus reale in  
feudo nactus est, preferatur illi, qui solam investiturā verbali-  
bitur. Hoc per rationem istam docet d. gl. in cap. si facta si  
de feud. defunct. quam sequuntur Andri. de Isern. Aff. c. si facta 2. F.  
6. n. 4. & 10. Paris de puto dederinteg. feud. cap. 287. Schurff. conf.  
53. v. 1. Pist. quæst. 29. n. 13. & seqq. Mozz. de subst. feud. n. 36. Rosenth.  
c. 6. iconcl. 9. Myrs. cent. 4. obs. 61. Borrb. de feud. c. 7. n. 12. Vult. c. 10. n. 11.  
Opp. & quæm in numeri ab his allegati. Non obstar quod Romanus  
conf. 70. incip. vistit themate dicitur, quod jus semel quæsitus  
in feudis sine culpa vasallia radimi ipsi nequeat.. Nam illud  
locum habet in jure plene quæsito. In subjecto vero casu ex  
sola investitura nullum jus reale in feudo partum est. Non  
itaq; jura hæc à Romano adducta huc accommodari pote-  
run. Privatio enim præsupponit habitum l. decem: ubi Bart.  
& Jas. de verb. oblig. l. manum: siones de just. & jure. Præterea ju-  
ra illa eo de casu loquuntur, quo quis ob culpæ pœnam jure  
suo sine aliqua precia refusione privandus esset, cum interim.

Dos.

Dominus hoc loco id, quod interest, teneatur præstare prius investito. Non itaq; ad propositum nostrum pertinebunt, cùm minimè quis hoc amisisse, vel privatus e o dici possit, cùjus respectu utilitas peculiaris ipsi præstanta est. vid. Hartm.  
Bif. quest. 29. num. 17. lib. 1.

### Quæstio V.

## An pactum de conjunctio- ne sive unione prolium die Einsindeschafft sustineri possit?

Unionem prolium pactum esse inter parentes eorum q; ex diverso matrimonio utrinq; suscepitos & suscipiendos liberos præsupposito filiationis jure de mutua invicem successione rite recte q; initum, nemo non ignorat; sed an jure sustineri possit, controvertitur? Placet affirm. cum Gail. Carpz. & alius Jctis Germania præclarissima, qui hujusmodi uniones prolium passim in Germaniâ consuetudine receptas vel statuto comprobatas testantur; modo statuta cujusvis territorii una cum requisitis probe atque exacte observata fuerint arg. §. ius a. civile Inst. de jur. Nat. Gen. & Civ. l. omnes populi q. ff. de Iust. & jur. Debet autem unio prolium fieri coram ordinario loci magistratu arg. l. 2. de offic. prætoris l. 36. de adopt. cum causæ cognitione adhibitis iis quorum interest. arg. l. 2. C. de adopt. l. 6. de suspect. tutor. & actis intervenientibus arg. l. 4. C. de adopt. nec non Tutoribus & Curatoribus liberorum pupillorum ve arg. l. quod ne 8. de adopt. Hisce alias omnibus non observatis ipsa unio prolium jure haud subsistere poterit vid. Ordinat. Mogunt. & Gail. obf. 125. n. 7. l. 2. Carpz. l. 5. resp. tit. l. resp. 6. n. 24. ubi in Camera Imperiali ita judicatu referit fac. Rick. c. 6. n. 45. quoties n. plura copulativè requiruntur, omnium complementum requiritur & non sufficit partis adimpletio l. si quis ita stipulatus fuerit decem ff.

ff. de V.O.l. sacerdatis plures ff. de condit. Inst. l. quoties §. cum ita ff.  
de reb. dub. & nunquam qualitas requisita a factio principali  
separari potest l. prætor ait 2. §. docere ff. de vi bon. rapt. & in l. Ful-  
cinius §. cum hoc edictum ff. quibus ex causis in poss. eat. Casr. in l. 2.  
in fin. C. de Leg. Jul. de vi publ. quæ omnium maximè obtinere de-  
bent in casu unionis prolium. : cum propter pacta futuræ suc-  
cessionis utroq; jure improbata l. stipulatio hoc modo concepta &  
in c. quamvis de patr. in bto, tūm etiam ea de causa, quod ubi  
majus periculum, ibi cautela major requiratur. . c. ubi pericu-  
lam 3. de elect. in bto. ne scilicet liberi primi vel secundi matri-  
monii indebitè damnum sentiant. l. §. sed si quis ff. de Carb. a-  
dict. & in d.c. ubi periculum de elect. in bto. in l. nec bi §. & primum ff.  
de adopt. Cum autem prædictæ solennitates in adoptionibus &  
arrogationibus, quæ imitantur naturam l. i. & l. adoptio ff. de  
adopt. observanda proponuntur l. quod ne Curatoris ff. de adopt. l.  
2. § l. ult. C. eod. tit. l. he autem §. non defuncti ff. quibus ex causis in poss.  
eat. l. cum bi. §. sed & personarum & §. seq. ff. de transactionibus  
utique ad unionem prolium quæ sapit naturam ad-  
optionis, ad excludendam præsumptionem doli, adhibenda  
sunt. Geil. d. ob. 125. n. 6. Jacob. Rick. d. cap. 6. num. 1. Carpz. l. 5. t. 1. r.  
6. num. 28

Non movere quod in contrarium adducitur, nem-  
pe pacta futura successionis præsertim acquirendæ adeo im-  
probata esse, ut ne jurata quidem valeant l. quid l. licet & in l. fin.  
C. de pactis, & hæreditatem non dari pactis, sed testamento text.  
in l. hæritas C. de pacto convent. & in l. licet. C. de pactis. Idque  
adeo verum esse, ut neque statuto vel consuetudine contrari-  
rium recipi vel introduci possit l. stipulatio & arg. l. fin. C. de rebus  
alien. non alienand. præsertim cum inducant votum captandæ  
mortis. Respondemus enim pacta valere de hæritate vi-  
ventis consentiente illo, de cuius hæreditate agitur potissi-  
mum, si in tali voluntate perseveraverit per l. expressam fin. C. de  
pactis. Unde ex d. l. ult. Dd. communiter concludunt, quod vo-  
tum captandæ mortis, quod alias talibus pactis inest, tollatur  
per consensum ejus, de cuius hæreditate agitur Jas. in d. l. fin. n. 10.  
Et quis ignorat pacta dotalia, præsertim reciproca de mutua  
conjugum vel liberorum successione quotidie fieri atq; serva-

Wann

145.

ri vid. Confit. D. Augst. Elect. Sax part. 2. c. 43. & part. 3. c. 20. verf.  
Wann zwischen Eheleuten Ehestifffungen beredes &c. ibidem  
Dn. Carpz. & alios Dd. Jur. Saxon. add. Geil. l. 2. obseru. 126. num. 3. &  
seqq. maximè quoties propter bonum concordiaæ talis succes-  
sionum provisio & quædam mutua ac reciproca inter liberos  
utriusq; conjugii fraternitas constituitur: Quod verò eam  
objectionem attinet, propteris nimirūm non posse deferri hære-  
ditatem <sup>Opp.</sup> juxta l. d. hæritas C. de patr. convent. Resp. regulam il-  
lam singulariter in mutuo & vicisitudinario pacto officium  
sum perdere, præsertim si solennitates superius enumeratae  
adhibeantur; quibus ex formâ statuti concurrentibus du-  
bitandum non est hujusmodi unionis contractum, etiam de  
jure communi ad exemplum adoptionis vel arrogationis sub-  
sistere arg. impuberem 2. C. de adopt. l. 17. §. 2. ff. eod. l. cum his 8. §. sed  
& personarum 11. ff. de transatt. Præterea, uniones hæ prolium  
non principaliter nec præcipue eriguntur super hæreditate  
vel successione futurâ; sed super filiationis jure, & quasi mu-  
tuæ & individuæ confraternitatis, quo scilicet conjugalis a-  
mor & fraterna inter utriusque matrimonii prolem dilectio  
tanto facilius coalescat & progressu temporis firmissimum  
quasi robur accipiat, ut vel propterea, etiam æqualitas suc-  
cessionis, cœu medium concordiaæ nutritivum & consolati-  
vum in eos observari debeat. De reliquis in conflictu vid.  
præter Dd. superiorius cit. Wesenb. p. 2. conf. 71. in rationibus decidend.

### Quæstio VI.

Privilegium fori Scholari-  
bus ex avib. habita C. ne fil. pro patre  
competens, an etiam in causis  
criminalibus locum habeat?

Varia

Varia pr<sup>iv</sup>ilegia Studiosis artium liberalium à Friderico  
 I. Imperatore concessa reperiuntur in auth. habita G. ne filius pro  
 patre ubi Qd. inter quæ non minimum sanè & illud sibi vendi-  
 cat. locum, quod scholaribus peculiare<sup>s</sup> assignentur judices,  
 Dominus scilicet vel Magister eorum vel ipsius Civitatis Epi-  
 scopus. d. autb. habita. Quibus & nonnulli Dominum loci,  
 quem potestatem aliquibus in locis vocant, tanquam Ordina-  
 rium adjungunt Gloss. in d. auth. habita: verba dedimus: ibid. Bar-  
 thol. n. 5. electione nimis & optione concessa scholari Reo,  
 utrum coram Præceptore suo vel alio judice conveniri velit,  
 cui optioni tamen, multum jam derogatum videmus, ob ju-  
 ramentum Rectoribus Academiarum præstatum Sichard. m.  
 dict. autb. habita n. 15. Hinc in dubium ab Interpretibus vocatur  
 utrum privilegium illud de omnibus omnino causis tam cri-  
 minalibus quam civilibus, nam vero de hisce tantum accipi-  
 endum si. Utur se res haberet, in criminalibus quoq; locum  
obtinere existimamus. Rectores enim sunt judices ordina-  
 ri & consequenter cognitionem in causis criminalibus ha-  
 bent argum l. 1. ff. Et offic. ejus &c. l. 1. ff. de ambitu Sichard. ad dict.  
 avtent. Præterea Fridericus I. Imperator propositur expressè  
 Magistratui Scholastico jurisdictionem datam. Diecen-  
 dum igitur, quod sub appellatione generali jurisdictionis, cri-  
 minalis quoq; continetur arg. l. 1. ff. de offic. ejus. Genus namque  
complectitur omnes suas species l. omnes C. de prescript. 30. an-  
nor. & dispositio generalis tantum operatur quoad omnia,  
quaatum specialis, quoad speciatim enumerata l. 5. ff. de Ad-  
ministr. tutor. l. 79. pr. ff. de leg. 3. Wesembec. consil. 95. num. 20. Accedit,  
quod beneficia Principū, respectu eorum quibus indulta sunt,  
plenissime sint interpretanda l. pen. ff. de constit. print. c. cum di-  
lect. in fin. de donation. Decius in l. Imperium num. 26. D. de jurisdict.  
Cum igitur privilegia Studiosis corundemq; Magistratui con-  
cessa admodum sint favorabilia, non erunt restringenda & coar-  
ctanda, sed potius extendenda atq; amplianda c. otia de Regul.  
jur. in Sext. & per vulgata. Colligi id quoq; potest ex epis. A.  
 v. thenticis verbis, quæ mentem concedentis explicantur h.e.  
 qualemnam concessam velit jurisdictionem Imperator Magi-  
 stratui

1447.

strati Academicus? Talem scilicet, quæ versatur circa debitum  
& delictum, nec non circa negotia & causas; quæ omnia ad  
criminales quoq; causas referri posse evincunt l.7. §. 1. ff. de te-  
stib. l.29. C. de appell. l. unica C. de officio Procons. l.25. pr. C. de Episcop.  
& Cleric. l.13. pr. C. de judicis. l.15. §. 4. ff. ad SC. Turpilia. l. 4. ff. de ac-  
cusat. l.5. C. de iurisdic. Cujac. l.9. ob. 21. Hoig. part. 2. q. n. 11. 8. Matth.  
Stephani in tr. de Academ. c.12. n. 10. Besold i. polit. 12. §. 3. n. 45. Limn.  
dejur. publ. l.8. c.9. n. 33. 34. convenientia & sequentia verba ejus-  
dem Authenticæ: si tamen eis quicquam super aliquo negotio move-  
re voluerit: quibus verbis Rectoribus Academiarum in quo-  
cunq; negotio in scholares tribuitur jurisdictio. Desumi de-  
niq; potest argumentum ex l. de militibus ff. de cassod. & exhibit.  
rerum: ubi milites si quid deliquerint ad eum remittuntur sub quo  
militant. Remittendi igitur Studiosi quoq; ad Rectorem sub  
quo militiam togatam exercent, si forte delinquent, cum vi-  
deatur eadem identitatis ratio. argl. advocati 14. ibi: Nec enim  
solos nostro Imperio militare credimus illos, qui gladiis olypeis  
& thoracibus utuntur, sed etiam advocates &c. C. de Advocat. di-  
versor. judicior. junct. avibent. habita C. Ne filius pro patre add. c. 1.  
de injur. in b. c. Clericis. X. de judic. & c. tum non ab homine eod. Non  
obstat quod forum privilegium nunquam ad causas crimi-  
nales in Romana jurisprudentia fuit perductum: Sic nam-  
que dicitur in l.1. C. ubi Senat. quod per reatum omnis honor  
& dignitas excludatur, adeoque ut nocentes aliquibus privi-  
legiis utantur permittendum non esse. §. Non permittas: ubi  
Glossa exemplificat de privil. Scholarium pro constit. Friderici. Ra-  
tio, ne sub praetextu concessi privilegii vel flagitiorum crescat  
authoritas, vel publica vacillet utilitas. Novell. 8. c. 5. vers. neg;  
item committes. Quia l.1. C. ubi Senat. vel clariss. locum habet si ex-  
tra locum Academæ Studiosus delinquit. Ibi enim puni-  
endus est, vel ubi reperitur l.1. C. ubi de crimine agi oportet. Don.  
17. com. 16. Si vero eo in loco delinquit ubi Academæ est, co-  
ram suo Rectori convenientius est. Sed tamen & Studiosus,  
qui in loco studii domicilium non habet, conveniri potest in  
loco Academæ licet alibi delictum commissum sit secund.  
Vult. in l.1. n. 41. C. ubi de crim. agi oportet. Quod vero dicitur

Spp.

privilegia fori in delictis non prodeſſe : illud verum eſt, niſi  
privilegia ſint corpori juris incluſa. Sic *Gloſſa in Auth. Quia in*  
*provinc. C. de juris diſt. vel inserta volumini statutorum.* Hoc  
verò privilegium fori ſtudiosorum eſt insertum corpori juris,  
*diſt. Avth. C. Ne filius pro patre. Non obſtarat. Quod diſta authen-*  
*tica loquatur de lite & negotio, quæ verba cauſas duntaxat ci-*  
*viles & pecuniarias non etiam criminales ſignificare viden-*  
*tur l. litis ff. de verb. ſignif. l. i. de teſtib. & que atq; verbum actionis*  
*dd. II. Fatentur enim ipſi qui contraria tuerentur ſententiam,*  
*ut *Heigus part. I. queſt. II n. 8.* in voce litis & negotii cauſæ hujus*  
*fundamentum ponи non poſſe, cum certum ſit hiſce nominibus*  
*et. criminales cauſas venire, ſecundum tradita à *Cujacio**  
*lib. 9. obſerv. 21. vid. *Hunnius in tract. de jurisd polit. part. I. c. 4. num.**  
*13. p̄e cæteris verò *Limn. de jur. publ. libr. 8. c. 9. num. 33 & seqq.**

### Quæſtio VII.

Utrum is, qui anterius ar-  
reſtum impetravit, in foro Sa-  
xonico præferatur creditori  
hypothecario posteriori?

Generalia de Arresto & Hypotheca præmittere proposi-  
ti nostri haud eſt, cum & alijs notiſſima ſint & latiſ prolixè  
explicata in Berlichii conclusionibus. & in Coleri tracṭ. de processib.  
executivis, nec non apud alios JCTos quam plurimos : vid. N.G.O.  
tit. 46. Nota quoque ſunt arresti requiſita qua in foro nostro  
Saxonico obſervantur. vid. N.G.O. tit. von Arrest und Cum-  
mergi. Berl. p. 2. concl 69. & 74. Aggređiemur potius iphius quæ-  
ſionis ſcopum & uter præferatur videbimus. Concludimus  
itaque pro eo qui anterius in foro nostro Saxonico arrestum  
impetravit : Is enim jus reale à die impetracionis conſequi-  
tur,

1979.

tur, quod non absimile arbitrantur esse pignori vel tacitæ hypothecæ Reinhart. diff. 57. Coler. in tract. de processibus executiv. part. i. c. 2. n. 157. & seqq. Unde inferre solent, cum inter pignora ratio temporis habeatur, l. si decreto 2. l. si fundum C. qui pot. in pign. hab. Arrestantem anteriorem præferendum esse hypothecario posteriori, ex ea ratione, quod arresto impletato, apponatur quasi lex rebus debitoris, ne post hac in præjudicium arrestantis, aliis creditoribus supervenientibus, jus aliquod reale in iis consequi liceat, cuius ratione præferantur primo arrestanti, cum hic quibuscumque creditoribus, posteriorem hypothecam habentibus, præsertim secundum consuetudinem notoriam anteponendus sit, vid. Coler. loc. supr. cit. & in decis. part. i. decis. 137. num. 8. & seqq. decis. 209. num. 7. Daniel Moller. num. 77 sub fin. vers. proximum à pia causa & num. seq. Matt. Webn. in tract. observ. verbo Arrest / Kummer zuschläge Wesenbec. in parat. de privileg. credit. num. 9. quod & novissimè confirmavit & approbat Johannes Georgius Elector Saxonia Dominus meus clementissimus in Proces und Gerichtes-Ordnung tit. von den dinglichen die Recht / so man durch Arrest erlanget 48. ibi. und dorowegen von der zeit an da sie solch ihr jus bekommen/ allen andern Gläubigern/ die erst nach ihren stillschweigende oder ausdrückliche Verpfändung oder hülffe erlangen / mit der bezahlung vorgezogen &c. impositum fait, nec non legitime illud prosecutum est rect. in constit. 28. p. post med. vers. von der stunde anzufangen/ ubi Dan. Moller. n. 78. Andr. Rauchb. p. 1. quæst. 4. n. 1. & seq. Col. de proces. exec. part. 3. c. 11. num. 35. 39. 42. & seqq. Procesordn. d. tit. 48. post princ. vers. und gehet solch der Arrestanten Recht pag. 144. Illud inde provenit quod sicut regula: qui prior tempore potior iure habetur pro indubitata. Ita etiam const. Electoralis part. i. c. 28. vers. von der stunde anzufangen que jus arresti ex tempore estimatur. quia, ut ex toto contextu apparet, sensus Novellæ constitutionis, hic est inter ipsos arrestantes habendam esse temporum rationem, ita, ut potior sit jure, qui prius arrestum impletatur. Andr. Rauchb. d. quæst. 4. n. 36. Coler. decis. 137. n. 8. in fin. part. i. & tract. de proces. exec. part. i. c. 2. Natura quoq; pignoris est, ut prior posteriori præferatur l. i. l. i. ff. qui posterior in pignor. c. qui

C. 2. prior:

prior de Reg. Jur. in 6. Et ita in d. tract. de process. executiv. con-  
cludit Coler. Dicit enim hanc consuetudinem ita notoriam  
esse ut allegationibus non indigeat, & ita in his terris semper  
judicatum refert p. 1. c. 2. n. 19 part. 3. c. 1. n. 124 c. 8. n. 53. & seq. c. 11. n.  
26. & seq. n. 40. & part. 1. decis. 137 n. 8. & seq. & num. ult. Non obi-  
Opp. star quod in contrarium affect Modestin. P. i. p. 4. quest. 162. num.  
1. & seqq. & quest. 65. num. 5. Andri: Rauchb: part. 1. quest. 4. num.  
5. & seqq. usq. ad fin. Wesenbec: in parat: de privil. credit. num. 9. fab  
Opfin vers post hosteritatem in classe arrestantes. Respondemus enim  
adductas rationes de jure communi procedere posse, secus in  
jure Saxonico, quo jus reale arrestantes per ejusmodi arrestum  
consequuntur, util animadvertit Jacob. Schulze in addit. ad  
Modestin. P. i. stor. quest. part. 4. quest. 162. num. 15. & seq. & quest. 165.  
num. 14. in fine Berlich. part. 1. conclus. 69. num. 11. ubi vid. plur.

### Quæstio IIX.

## Utrum jure Saxonico im- mobilia judici ipsi sine con- senso superioris recte oppi- gnorari possint?

Juris non incogniti est, quod: Jure Saxonico & Provin-  
ciali, bonorum immobilium oppignorationes non aliter va-  
leant, quam si Judicis seu magistratus ordinaria auctoritate  
muniantur ac corroborentur Landrecht l. i. art. 8. in princ. & ib.  
gloss lat. ad text. germ. l. B. incip. de alienatione immobilium. Landrecht  
l. i. art. 34. & art. 52. in princ. ubi gloss. lat. l. C. in med. Coler. de pro-  
cess. execut. p. 1. cap. 10. num. 189. ibi & facit alia ratio. Factis diff. 4. in  
med. Zobel. part. 2. diff. 28. num. 12. post. princ. Berlich. concl. 29. de op-  
pigno-

145A.

pignorat. bonorum Conſtit. provinc. part. 2. 23. Dubitatio inde ori-  
tur: Utrum immobilia judici ipſi ſine conſenſu Superioris  
oppignorari poſſint? Aff. quia in oppignorationibus im-  
mobiliū non autoritas pro ſolemnitate ad integrandas ha-  
bilitandasque contrahentium perſonas gloſſ. in cap. 1. verb. tra-  
tatus in fine de rebus eccl. non alien. in 6to Dd. in l. ſi quis mibi  
bona 25. ſ. jufsum 4. ff. de acquir. bered. Tiraquell. de leg. con. Gloſſ. 6. n.  
7. Sed conſenſus pro pignoris confirmatione interponitur,  
ad eoque, ex intervallo pignori accedere, & non tantum ver-  
bis expreſſe, ſed & tacite, ipſoque facto declarari potheſt. l. ſin.  
ff. ad SCrum Maceſ. l. 1. ſ. prodeſt ff. quod legator Rauchb. queſt. 24.  
num. 19. add. Carpz. in J. P. F. p. 2. Conſtit. 23. def. 6. num. 6. qualis con-  
ſenſus in rem vel utilitatē propriam adhibitus actui ipſi ni-  
hil obeft. arg. d. l. ſi quis mibi bona 25. jufsum cum ſeq. l. placet 79 ff.  
de acquir. bered. l. ſi pro parte 10. ſ. 1 ff. de in rem versol. ſi quis pro  
eo 56. ſ. 1 ff. de fidei jufſ. cap. cum in jure 31. extra de offic. deleg. cap. cum  
in veteri 52. X de elect. & elect. pot. Tiraquell. dict. gloſſ. 6. num. 9. & 12.  
ne scilicet quod favore alicujus eſt introductum in ipsius odi-  
um vel diſpendium retorqueatur. l. nulla juris ratio 25. ff. de le-  
gib. l. quod favore 9. G. eod. tit. l. plures Apochas in fin. C. de fide in-  
ſtrum. Qua de cauſa feudi oppignoratio recte fit ipſiſmet Do-  
mino, etiam Superioris conſenſu vel confirmatione non ad-  
hibita ſecundum Curt. de feud. part. 4. num. 15. Camenar. in repetit.  
cap. imperialem verſ. limitate tamen conſtruconem fol. 79. Rosenthal  
in Synopſi ſeudali cap. 9. de feud. alienat. conclus. 31. Præterea, ra-  
tio juris Sax. bona immobilia extrajudicialiter oppignorari  
prohibentis vix obſtare poterit, quo minus hypothecam à ſub-  
ditu Magifratui abſque Superioris conſenſu validè conſtru-  
tam dicamus. Conſenſus enim judicis, pro confirmatione  
pignoris duabus præcipue ex cauſis interponitur. I. ut Ma-  
gistratui locali qualitas immobiliū, cui ratione ſervitio-  
rum, censum, operatum &c. ea tacite ſunt obligata l. 1. C. ſi  
proper publicas penſu l. 7. D. de publ. & vettigali 6; illibata conſer-  
uetur. Desumi potheſt ex part. 2. c. 23. II. Ne scilicet hypothe-  
carum clancularia mutatione, unus creditorum circumve-  
niat.

niat alterum Mindan.lib.2.de Mandat.sine clausul.cap.66.num.8.  
Gail.lib.2.observ.25.num.10. Illa ratio ipsum concernit Magis-  
tratum, ex qua insinuatio in ejus utilitatem cedit, quod,  
quando sit propter omissionem actus non vtitatur l.non minus  
14.C.de procuratoribus l.cumbi 8. §. eam transact. 6. fi. de transact.  
lneque tutor.7.C.de contrab. & committend.stipul. Hac credito-  
rum respicit favorem ut nimirum debitoris fraudulentæ ma-  
chinationi occurratur, quod certè facilius atque commodius  
fieri potest, quando Magistrati in bonis debitoris hypothe-  
ca constituitur. Judex namque sui pignoris facile recorda-  
bitur, & ita de pignore suo, cum præsternit ejus intersit, alios  
faciet certiores vid. Dn. Carpzov. libr.4. Resp.jur.Electoral.libr.4.  
Resp.3.naprincip.usque ad. n. ii. Quod si vero per fraudem aut ne-  
gligentiam creditores, de pignore hoc celaverint, ad damni  
hoc nomine dati restitutionem ipsis obligabitur Daniel Moller.  
lib.1.Sem.cap.21. cui add. Coler. in tract. de processib. executiv.part.ii.  
cap.10.n.171.

*Opp.* Neque adversatur: quod hujusmodi contractus per se  
irritus & inanis esse videatur, cum Magistrati vel judici,  
negociari, foenus, mutui, emptionis aliasque contractus  
cum subditis exercere jure non licet l.SCTo, 16.D. de officia  
Præsid.l.princip.alibus 33.D.S.err.petat.l. eos qui 3. C. eod.l. non licet  
46.l. qui officii 62.D.de contrabend.empt.cum similib.

*Rg.* Quia prohibitio illa in Magistratis modernis præser-  
tim perpetuis & indigenis, quales plerique hodiè sunt, non  
observatur, & sermè planè approbante experientia quotidiana,  
in desuetudinem abiit. Dd. ad l. Præsidis 34. D. si cert. peccav.  
Gvid.Pape in decisionib. quest. 95. Paris de Pureo de Syndicat. in  
verb.contrahere & verbo officiales. Cætera resolvit Rauchbar.  
part.i.quest.24.ubi plur.vid poss.

## Quæstio

## Quæstio IX.

An & quatenus in causis  
criminalibus appellations  
recipientur jure Civili, Pon-  
tificio, Saxonico & novissi-  
marum S. R. Imperii consti-  
tutionum?

Appellare in jure varia significat... Appellare enim de-  
bitor dicitur, qui de solutione interpellatur l. fidejussor 16. § fin.  
ff. de fidejussorib. & puer cujus attentatur pudicitia l. item 15. §.  
si quis virgines, 17. ff. de injur. Sed propriè appellare eum dici-  
mus, qui auxilium à superiori implorat. Quare appellare  
simpliciter ii dicuntur, qui ab inferioris judicis sententiâ  
tanquam injustâ, ad superiorum provocant, obtinendi sui ju-  
ris gratia. Est igitur appellatio à judice inferiore ad supe-  
riorum gradatim à sententiâ vel gravamine facta provocatio,  
iniquitatis querelam continens. vid. Wefenbec. in 20. de appellat.  
¶ relat. Treutler. vol. 2. disp. 33.

Expeditissimi autem juris est, non solummodo in civili-  
bus; sed etiam criminalibus causis appellations admitti l. 1.  
l. adductos 29. C. de appellat. l. 2. C. si pendent appellat. mors interv. l.  
2. C. quorum appellat. non recip. l. Pannonus 56. §. rei perduellionis  
sibi Gloss. in verb. suspensa cognitione ff. de acquir. hered. l. si quis fi-  
dio 6. §. hi autem omnes ff. de injust. rupt. & irrit. testam. l. qui à la-  
etronibus 13. §. ult. quite testam. facere poss. Jul. Char. l. 5. sent. §. ultim.  
quest.

*Appellare qd?*

*Appellans Th.*

quest. 94. Nicol. Reusner l.2. decis. 23 num. 14. Anton. Gometz. l.3. va-  
riar resolv. cap. 13 num. 31. Carpzov. l.3. Res. l.12. resp. 128. num. 1. Idem  
in Def. part. i. const. 19 def. 25. num. 1. Raucbb. pag. 2. quest. 8. num. 1. &  
seqq. num. 36, 38. Mynsing. c. 4 obs. 9. num. 1. & seq. & obs. 42. pertot.  
Reinb. p. 1. differ. 19. sub fin. & part. 5 differ. 24. Berl. concl. 50. num. 29.  
exceptis quibusdam criminibus puta laesa Majest. falsa mo-  
netae, raptus virginis, Simoniæ, hæresis & aliorum vid. Ma-  
ranc. in Spec. jud. part. 6. act. secundo num. 294. & seqq. Idque sive  
reus ad poenam ultimi supplicii condemnatus sit, sive tortura  
solummodo ei per sententiam fuerit indicta: utroque enim  
casu à viribus rei judicatae suspendere licet sententiam, ad  
majorem Magistratum provocare uti manifestissimum est. ex  
l. 12. C. de appellat. & consultat Hippol. de Marsili. in pract. crim. §. nunc  
videndum num. 2. & in l. 1. in pr. num. 14. & num. 42. ff. de question.  
Et hæc de jure communis obtinent, quæ tamen non parum im-  
mutata reperiuntur. Hodie enim aliud per Germaniam,  
ut scil. in causis criminalibus appellations non admittantur,  
receptum esse testantur, des Reichs abschied zu Aug-  
spurg anno 1530. post med. & item als ist etliche zeithero vor  
peinlichen Sachen in med. & Kammergerichts Ordnung.  
part. 2. tit. 28. §. Item nach dem auch r. Gail. l. 1. obs. 1. num. 28. in  
pr. & l. 1. de t. P. c. 20. num. 5. in med. vers. tamen hoc est consuetudi-  
ne & num. seq. Mynsing. cent. 2. observ. 98. num. 3 & 4. Cent. 4. observ.  
41. num. 3. & seqq. Wesenb. in Comment. ff. de appellat. recip. num. 1.  
vers. quod consuetudo plerisq. locis Nicol. Reusner. de testam. part. 2.  
c. 38. Pruckm. conf. 4. incip. vñssi enim vir clarissime vol. 2. num. 86.  
Berl. Concl. 50. num. 30. part. 1. sed reis statim post latram sententi-  
am condemnatoriam executio pro arb. trio judicis fieri solet:  
maxime in causis capitalibus, ne scil. crima maneat im-  
punita Gail. l. 1. obs. 1. num. 28. & l. 1. de pac. publ. cap. ult. in fin. n. 36.  
Wesenb. conf. 43. num. 8. Myns. cent. 4. obs. 41. Nic. Reusn. l. 2. decis. 23.  
num. 2. Dan. Moller. l. 4. Semest. c. 33.

Unde

Unde regulam informans: Quod scilicet hodie in processu criminali inquisitorio appellatio nequaquam sit admittenda. Dan. Moller l. 4. Semestr. c. 33. num. 4 s. Carpzov. in pmbt. crim p. 3. quest. 139. num. 15. & seqq. & num. 31. & seqq. ubi limitat. regulæ super traditæ subjicit. Idem in Ress. l. 3. tit. 12 resp. 128. Gal. dd. II. Ventur. de Valenti in partib. litig. l. 1. c. 14 num. 23. Ne scil. processus inquisitorius, qui summarius est, & mox finiendus in ordinarium processum commutetur, ut patet ex Recess. Imp. Aug. de anno 1530. § item als iste etliche zeit & Ordin. Camer. Imper. part 2. tit 28. §. item Nach dem auch dem alten hergebrachten gebrauch re.

Neque aliud in jure Saxonico obtinere post gloss. art. n. in fin. & in art. 14 & art. 35. l. 2. testatur D. Mollerus d. c. 33. l. 4. sem. num. 7. Rauchb. p. 2. quest. 8. num. 44. quod & exinde evincitur quod Curia Appellationis supremæ cognitio causarum criminalium planè sit adempta in Ord. Appellat. D. Elect. Christiani II. tit. Wer vor unser Appellation Gericht geladen / auch was Sachen daselbst angenommen und gerechtfertiget werden mögen s. Jedoch allein. In verb. Dein so viel die peinliche Sachen anlanget/ weil es bisher nicht gebräuchlich gewesen/ das in unsern Appellation Gericht in denselben erkant/ so lassen wir es auch bewenden re. Hoc itaque in foro nostro Saxonico practicatur, ut probatione haud indigeat. Idem quoque traditur in novissimis S. R. Imperii constitutionibus, ut ex predictis satis superque appareat. In processu vero ordinario aliud observatur. Ordinario enim processu instituto & libello accusatorio oblato, si litem negativè contestetur reus, & probationibus utrinque deductis sententia feratur, interposita appellatione, reum condemnatum ad Magistratum superiorum provocare posse observantia docet. Idque probat Ord. Appellat. Elect. Saxonia de anno 1605. tit. Wer vor unser Appellation Gerichte geladen re. s. Jedoch allein In verb. Wenn peinliche oder fischcalische Sachen versallen

D

das

das man die in unsern Schöppenstul zu Leipzig/ oder do in  
 erster instanz hiebevor daselbst erkant / an einem andern un-  
 verdächtigen Ort zusprechen überschicken möge/ quæ verba  
 evincunt & in primâ & secundâ Appellationis instantiâ cau-  
 sas criminales ventilari posse, modo more ordinarii judicii  
 consueto procedatur, *Carpzov. & Moller. dd. II.* Loco tamen  
 Appellationis in processu inquisitorio defensio inquisito ad-  
 mittitur, naturalis enim ratio suadet eum audiendum execu-  
 tionemque sententia suspendendam esse, si reus innocen-  
 tiā suam probare velit; ipsique Reip. expedit hominum  
 conservatione eandem augeri & ampliari *I. i. ff. solut. matrim. l.*  
*cum ratio. 7. §. si plures 3. ff. de bon. dannat.* Satisque est impuni-  
 tum celinqui facinus nocentis quam innocentem condemnati.  
*I. Arrianus 47. ff. de Oblig. & Action. I. absentem 5. ff. de pén.* Ne-  
 que inquisitus deterioris debet esse conditionis in processu  
 inquisitorio, quam Reus accusatus in processu ordinatio, cui  
 facultas libera appellandi competit. Eò etiam respicit *or-*  
*din. Camer.* quā in causis criminalibus de manifestâ iniquitate  
 & nullitate sententia per viam supplicationis conqueri Reo  
 permititur *part. 2. tit. 28.* *§. Item Nach dem vers. doch da sich ie-*  
*mand an dem Kammergerichte &c. Carpz. pract. crim. part. 3. quasi.*  
*139. num. 37. & p. 1. const. 19. def 26. num. 3.*

Jure Pontificio, in notoriis & manifestis, appellationes  
 non admitti, innuunt, c. cum sit Romana 5. in fin. ibi: nisi forte vel  
 manifestus Raptor. c. pervenit 13. ibi: si verò publicus est. &c. cum  
 speciali 61. vers. porrò *X. de Appellat. vid. Rauchbar. part. 2. g. 8. num.*  
*32. & seqq.*

### Quæstio ultima.

**Utrum ultra quincunes  
 aliquid à debitore exigere li-  
 ceat?**

An

1457.

D

An iure licite sint usuræ nec ne? vid. Petr. Heig. part. 2. qm.  
1. Matth. Coler. de proceß. b. Executiv. part. 1. cap. 10. num 35. & seqq.  
Modernis temporibus moderatæ permittæ sunt, atque licite  
peri possunt, prout dispositum. Recess. Imp. de anno 1500. 1539. 1548.  
1577. sub tit. von wucherlichen Contracten &c. in Reces. Worma-  
tienf. de anno 1586. Et in Electoratu Saxonia jure Provinciali in  
Const. Mauritiæ Elect. de anno 1550. tit. von den Wucher Conſt. Au-  
gusti Elector. de anno 1555. tit. von Wucher b. Conſt. 30. in fin. de anno  
1572. & ordinat. Torgensi de anno 1583. tit. von wucher/wucherlichen  
Contracten &c. & Recess. Imper. Spirens. de anno 1600 sub fin. §. So  
viel nun diesem nach/ zu dem Eingange letzigen Abschiedes in med.  
ita ut non solum inter mercatores sed & alios quoslibet usuræ  
ordinariæ hodiè sunt quincūces & nō majores, veluti innuunt  
verbādiſt. Conſt. Elect. 30. part. 2. §. damit nun solches in med. v. das in  
allen Fällen und Personen Kaufleuten und andern junct. Ord. Torg  
dicit. Rubr. von Wucher/ wucherlichen Contracten &c. §. Als ha-  
ben wir. verſ. und es wolte sich der Gläubiger &c. Jam qvaritur:  
an non etiam ultra quincunces aliquid à creditore exigere li-  
ceat. Negativè concludimus. Majores enim usuræ prorsus  
prohibitæ sunt nec debentur etiam si promissæ fuerint l. eos. 26.  
verſ. si quis autem aliquid C. de usur. Reces. Francof. de anno 1530. &  
1548. tit. von wucherlichen Contracten Ordin. prov. Elect. Mauritiæ  
de anno 1550. tit. von Wucher & Ordin. Torgens. Auguß. Electoris de  
anno 1583. tit. von Wucher/ wucherlichen Contracten &c. & trans-  
gressores harum Constitutionum sat graviter puniri nemini  
ignotum est: Omnia enim pacta omnesque contractus usu-  
rariorum annihilantur & rescinduntur, quod patet ex verbis.  
Das sie dīselben unwürdig, krafftlos und unbändig erkennen / er-  
klären/ und declariren. Et postea und auff solche Contracte keine  
execution oder vollziehung thun oder verheissen &c. Resciso ita-  
que ipso contractu corruit quoque obligatio alias ex contra-  
ctu proveniens, quod etiam disertè exprimitur in Ordin. Pro-  
vinc. de anno 1550. & 1555. ac Ordin. Torgens. de anno 1583. dict. tit.  
von Wucher/ wucherlichen Contracten &c. §. sezen / ordnen &c.  
Wesenb. p. 2. cons. 72. vnum. 13. 14. & seqq. Puniuntur præterea usu-  
rarii

rarii amissione quartæ partis sortis sünd den vierdten theil der  
 Hauptsumma verfallen &c. vers. In dem das derjenige &c. Ordin.  
 Provin. dē anno 1550. 1555. Modest. Istor part. 2. quæst. 97. numer. 8.  
 Carpz præf. Crim. part. 2. quæst. 92. num. 22 & seqq. quin & hodie  
 in Electoratu Saxonia integrum fôrtem miutuo datam amit-  
 tunt, vigore novissimi mandati Sereniss. Elect. Saxonia. die  
 28. April. anno 1628. promulgati rubr. Wegen des unchristli-  
 chen hochstraffabren lasters des Buchers. §. So wollen wir in-  
 verb. Das sie nicht allein des vierdten theils / sondern der ganzen  
 auff Bucher ausglichenen Summen verlustig seyn. Has & si-  
 niales in pœnas incurront omnes ii, qui non contenti lucro  
 quincuncis usuræ sunt, quod etiam luculentter patet ex Ordin.  
 polit. Frankfurt. dē anno 1577. tit. 17. & Ordin. Torgens. Elect. Saxon.  
 D. Augusti de anno 1583. tit. vom Bucherl wucherlichen Contra-  
 ctien &c. vid. Dn. Carpz. in J.P.F. part. 2 constit. 30. Sunt tamen  
 nonnulli casus in quibus ultra quincunces aliquid peti potest,  
 ut puta, si creditor paratus sit probare, sua pluris interesse,  
 tunc certè audiendus erit. vid. Recess. Spirens. de anno 1600. §.  
 So viel diesem nach vers. Oder aber / da dem Creditori. & Torg.  
 Aufschreib. iir. von Bucherl und wucherlichen Contractien. §. Als  
 haben wir vers. Sonst aber / und da der Gläubiger &c. vel quan-  
 do inter Mercatores usuræ loco interesse petuntur, quod haud  
 raro quincunces superat, qua de re vid. Dn. Carpz. loc. cit.

defin. 2. Petr. Heig part. 2. quæst. 2. Matth. Berlich. part.

2. concl. 38. n. 19. Wefenb. in w. de Usur.

& Fructib.

### Tantum..


*Monitus meliora sequar.*

00 A 6414

ULB Halle  
002 928 094

3







52  
1431

ANNUENTE  
SUMMO LEGUMLATORE  
*MAGNIFICO AMPLISSIMOQUE*  
*JCTORUM ORDINE CONSENTIENTE*  
**DECADEM QUÆSTIONUM,**  
In Jure Civili, Canonico, Feuda-  
li & Saxonico maximè controversarum  
**PRÆSIDE**  
*Nobili, Amplissimo atq; Consultissimo*  
*VIR O*  
**HENRICO COSELIO,**  
J.U.D. & P.P. Curiæ Electoralis, Scabinatus  
nec non Facultatis Jufidicæ  
Affessore,  
Præceptore juxta & Hospite ætatem  
colendo,  
defendere conabitur  
**HENRICUS FRIDERICUS Mæssch/**  
Nob. Misn. A. & R.  
In Auditorio JCTorum  
*d. Aprilis anno 1651.*  
horis antemeridianis

*WITTEBERGÆ*  
Excudebat Johannes Röhnerus, Acad. Typogr.

